



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 10. Gondius Cardinalis Romam venire a Papa prohibitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. lius frugis, utilitatisque fuere, eoque
A.C. 1592 effectui minime data fuissent; quippe
 nullum extat exemplum, quod vel ullus Metropolita Episcopos ita augurarit,
 aut Episcopi ad Abbatias diplomata expedierint.

§. X.

Gondius Cardinalis, & Pisanus Marchio Romam profecti.

Thu. l. 103. Quamvis ex hisce edictis nonnulla Cu-
Davil l. II. riæ Romanæ molesta acciderent,
Mem. p. 93. nihilominus Henricus Rex in Ecclesiæ finum redeundi media exquirebat: ea propter, cum Venetorum Rempubli-
 cam, & Magnum Etruriæ Ducem tan-
 quam hujus caussæ Patronos invocare decrevisset, Cardinalem Gondium, &
 Pisanum Marchionem, quos hanc in
 rem jam dudum nominaverat, Romam
 ablegare statuit. Ergo hi Mense Octobri
 e Francia discedunt: ast ubi Ræticas
 alpes uterque superaverant, Pisanus
 Andesani ad Benacum ditionis venetiæ
 lacum amoenissimo in loco substitit: Car-
 dinalis vero iter per Etruriæ ditionem
 prosequebatur, eo confilio, ut Magni
 Dicis opera quidam Cardinales, qui ad
 evertendum hoc negotium parati vide-
 bantur, ad hujus Legati studia pertrahe-
 rentur: ast Catalaunense edictum tan-
 topere summi Pontificis diplomati, ejus-
 que

que Legato injuriosum maxima huic Sæcul.XVI.
reconciliationi obstacula opponebat: A.C.1592.
haud immerito enim Romana aula tam
indigna agendi ratione maximam in-
juriam sibi irrogatam fuisse censebat,
quapropter non pauci summo Pontifici
insinuabant, quod speciosas Henrici
pollicitationes, ejusque consilia sibi su-
specta haberent.

§. XI.

Gondius Cardinalis Romam venire a Papa prohibitus.

Horum suggestiones nimis alte Ponti- *Thuan. l.c.*
fics animo infixæ hærebant; qua- *Davil. l.3.*
propter obtendens, quod per longiorem *Mem. p.98.*
temporis moram, an Regis conversio
sincera esset, examinare opporteret. In-
terea ad suum in Galliis Legatum per-
scripsit, quod suo nomine Gondio Car-
dinali significaret, ne Romam versus
iter aggredieretur: cum autem hic nun-
tius tardius adventasset, & Cardinalis
jamjam Alpes superasset, ad eundem Pa-
pa Patrem Alexandrum Franceschinum
ex ordine Fratrum Prædicatorum able-
gabat, dato negotio, ut eidem inhiberet,
ne iter suum prosequeretur, nec ditio-
nis Ecclesiasticæ fines ingrederetur:
præterea Franceschinus Cardinali ex-
ponere jubebatur, quod Papa nec illum
excipere, nec cum eo agere velit, eo-
quod